



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

+ DD IX 42/a

Elogia cui nomen Tityrus.

Argumentum.

Quantum audito de abolendis Tescinensibus scholis Latinis Augustae decreto luctum Professores, civesque hauserint, nota res est atque agnoscitur omnes perculgata. Haec igitur elogia Tityrus Professor Tescinensis suam calamitatem Meliboeo, cuius nomine ii, quoniam salua sunt Gymnasia comprehenduntur; commemorat; sed Meliboeus solatur Tityrum spem certam seruandis rursus ostendendo: si ipsius causa a Serenissima Duce Christina, cuius personam sustinet Aereis, Ducae Poli, i. e. Augustae commendaretur.

Tityrus, Meliboeus.

- T. Ah! felix, nimium felix, Meliboee! Sub ulmo
Cui liceat ^{pro} ~~tento~~ ^{capere} ~~tenues~~ ^{sub ulmo} ~~inflare~~ ^{circum} ~~circata~~,
Lanigerosque greges per amoenos pascere campos.
- M. Tityre! quid moestas fundis de pectore voces?
Num pecus infestant diri contagia morbi?
Num sata serferunt lapidosae grandinis iras? 5.
- T. Urbe redux, qui curat oves, ouiumque magistros,
Tristia detulerat secum mandata Palaemon.
- M. Huc, age, succedas, et si vacat, ordine totam
Sem nobis memora, causasque aperito doloris.
- T. Et vacat, et libeat nostris, Meliboe. Labores 10.

Commemorare tibi: non digna ferentis amiri
Te, forsar moueant rebus succurrere lapsis.

M. Quam potero, feram exsem, te consiliis quae iuuabo.

T. Huius mea viuendo tandem peruenerat aetas: 15.

Magna Palus ut agris veteres migrare iubet
Castores ouium, atque lupos inflare vetaret

Nos posthac calamos, vitae omni lae carentes!

M. Quis pecudes foecunda dehinc in pasqua ducet?

Flumine quis potum pastas? da, Tityre! nobis.

T. Bis quater implevit Choebae cum cornibus orbem, 20.

Mittet oues Aegeon, vacuata et ouilia claudet.

M. Uque adeo vestris quid nunc turbetur in agris?

Miror: nuper enim primum, sic fama ferebat,

Tertius auxilio vobis pastoribus urbe. 25.

Misus erat vigilans agnorum in pasqua duxor.

T. Vera quidem audieras: sed sortis leuis omnia versat.

M. Quid vero causae Diuam haec agitare subegit?

T. Non multo pecori permultos esse magistros,
Et sita septa lovis vernanti a gramine nudis, 30.

Diphiliniſſe Deae retulit, Meliboe! Palaemon.

M. Infelix! ergo tua, Tityre! rura peribunt!

T. Hoc certe veriti nunquam sumus: ante putaram
Aut patriae fines Istri subitura fluentia,
Aut lapsum Oderam, per vestros, Cannones! agnos. 35.

Ante lupis tenerum, mutatis moribus, agnum
Insidiaturam, posita feritate, relictis

Saltibus ante lupos adituros pascuas mites.
En erit, ut, patrii nimis quae raptus amore
Pascendi pecoris liqui, tua littora Molde! 40.

M. Atque tua, vndenis qui fontibus effluis, Albis!
Proh dolor! heu prope! reduci pede tangere posim?
(Causa quidem magni sunt haec moeroris, amice!
Mitte tamen molles questus; nam certa salutis
Sper tibi adhuc superest, et patria rura tenebis, 45.

T. Errantesque vagos pascet velut ante capellas.
Numinis instaret, qui nos in rura reponat.
Imparibus surgens calamis, et vineta metallo,
Dulce modos septemque sonans, est fistula nobis,
Honidas qua nos docuit resonare Menalcas;
Illius haec semper nomen ~~reponat~~ celebrabo sub astra. 50.

M. Haud procul a nostris arvis, Geisonis arvenda,
Turrigerae surgunt pulchrae Nereidos arces:
Quas afueta Gales inuisere Diva frequenter,
Largiriue solet Nereidi cuncta potenti. 55.

Huc tibi fas pateant aditus, praestare laboris
Id nec erit tanti; atque dein Nereidi casus
Bande tuos, praesensque roga velit a Gales vestris
Poscere praesidium rebus, servareque rura.
Neque tuas, ~~confide~~ ^{confide} preces patietur inanes, 60.
Suevit enim facilem miserorum se dare votis.

T. Quae, Meliboe! tibi, quae talis digna rependam.

Munera consilio? Nunquam, dum ita manebit,
Hoc poterunt animis obliuia tollere nostris.



ksiaznica@kc-cieszyn.pl